

*negligens aufert mora*<sup>36</sup>. Et est aliud laudabile genus sententie, quod confirmatur subiectione rationis<sup>37</sup>, hoc modo: *Arguit enim illum sua malitia, suaque<sup>f</sup> aversio<sup>g</sup> increpavit, quoniam iusto dei iudicio propria perdidit, qui avare concupiverat aliena*<sup>38</sup>. Item: *Cum tuus efferbuerit animus ire flamma succensus, verborum certamine de re dubia cum aliquo non lucteris. Ira namque cordis ante oculos quendam caliginis fumum parat, ut nequeas<sup>h</sup> nudam rationis cernere veritatem*<sup>39</sup>.

Decima est contrarium, que ex rebus diversis duabus breviter et facile alteram confirmat<sup>40</sup>, et fere idem est quod contentio, sed differt a contentione, quod in contentione unum membrum non confirmat aliud, in contrario vero per validitatem prioris membri posterius membrum maiori nititur firmitate, hoc modo: *Si paterne caritatis fervor circa filium refrigescat, non debent in eo confidere alieni*. Item: *Que in tali filio spei reliquie aliis relinquuntur, si mater tam diligens desperare cogatur? Aut de tali pupillo fragmenta<sup>i</sup> favoris ceteri colligent, si tutrix tam utilis iaculis detractationis impetitur*<sup>41</sup> Item: *Qui sibi nequam, cui bonus erit?*<sup>42</sup>

Undecima est membrum. Membrum appellatur orationis res breviter absoluta, sine totius sententie demonstratione, que denuo alio membro orationis explicatur<sup>43</sup>, hoc modo: *Et quod laudabam te nil reputabas, et me tuis latratibus lacerabas, et te ipsum superbe iactabas*.

e) negliens Hs.

f) suaquem Hs.

g) aversa Hs.

h) nequeat Hs.

i) fragmenta Hs.

36) Vgl. L. Annaeus Seneca, De beneficiis II 6 ed. C. H o s i u s (1900) S. 26: *Multum celeritas adiecit, multum abstulit mora*. – Zum selben Gedanken siehe auch Pauper Heynricus 610f.: F. B r u n h ö l z l, „Florilegium Treverense“, Mittel-lateinisches Jb. 3 (1966) S. 150.

37) Vgl. Rhet. Her. IV 24.

38) Thomas von Capua, Summa I 1. Druck: wie Anm. 31, S. 219, Z. 13f. – Vgl. auch Jer. 2, 19: *Arguit te malitia tua et aversio tua increpavit te*.

39) Vgl. Antiquus Catho 826f. In: Florilegium Treverense, B r u n h ö l z l S. 158: *Iratus de re incerta contendere noli: Impedit ira animum, ne possit cernere verum*.

40) Vgl. Rhet. Her. IV 25 (ohne die bei Heinrich anschließenden Erläuterungen).

41) Thomas von Capua, Summa I 1. Druck: wie Anm. 31, S. 217, Z. 35–37.

42) Dasselbe Zitat bei Guido Faba, Summa dictaminis CXII, G a u d e n z i S. 358. – Vgl. Hans W a l t h e r, Proverbia sententiaeque Latinitatis medii aevi Nr. 24738: *Qui sibimet nequam, cui bonus esse queat?* – Zur selben Thematik vgl. auch Florilegium Treverense, B r u n h ö l z l S. 147, V. 486f. (Prosper von Aquitanien) und S. 209, V. 2307 (unbekannter Autor).

43) Vgl. Rhet. Her. IV 26. Dort begegnen die Lesarten *explicatur* – *explicitur* – *excipitur*, wobei die letzte Lesart am häufigsten vorkommt und einmal sogar aus